

restituere arras in simplum, illa verba aliam personam intelligo, profeneram, qui ad contrahendum sponsalia interponit operas suas, vt l. fi. de profene.

384 * Ben. † & differentia est inter proxeniticia & profenetas, primum est salarium, quod datur profeneti, vt ait glos. in rub. & l. prima, ff. de profeneti, sed profeneta est persona que recipit salarium, † praterea incidenter ibi tractauit de profeneti, dato quod per illa verba de eis intelligeretur, & si occasione dictorum incidenter, debent poni rub. vtiq; male dixissent compilatores, cum in nigro tractetur de tuto. curato, patribusq; qui arras, sponsalia, pro filiis gerunt, & in rubr. nihil dicitur, & praesertim cum expressè in nigro de iis personis dicatur, & de profeneti. dicatur tacite, cum in illis verbis, alia personae possint completi. vt procurator, & similes capit. fina. de procurato. in vj. magis debuisset rubr. de illis expressis, quam de iis de quibus, intellexit in text. & nigro * Ozer, vel secundo potes respondere hoc modo praesupponendo quod profeneti, sunt illa salaria, quae dantur profeneti, quibus medianibus peruenitur ad sponsalia. Quae dicitur quaedam appenditia, seu accidentalia ipsorum sponsalium, eo quod in ipsis sponsalibus interueniunt, nec sunt de substantia, sed de substantia est consensus, cap. tuae de sponsalibus cum similibus: his praesuppositis dico, cum in nigro. C. de sponsalibus fiat mentio, de sponsalium dissolutione, & repetitione arrarum, in necessariam consequentiam fit mentio de proxenitiorum repetitione * Ben. sed certe hoc est falsum, quia id dicitur venire in necessariam consequentiam, sine quo actus stare non potest, l. ij. ff. de iurif. om. iud. l. oratio, ff. de sponsa. sed sponsalia possunt stare sine proxeniticiis quia per alias personas celebrari possunt: vt l. fin. cum toto tit. C. de spon. praterea, si appellatione sponsalium, veniunt in necessariam consequentiam proxeniticia, supersuad imperator in rub. dixisset de spon. & proxeneti. adeo quod eod. modo fuisset sufficiens sicut in nigro, in rub. procedere. nec puto verum, quod si sponsalia dissoluantur, & reddantur arras, quod proxeneta, debeat restituere suum salarium, quoniam illud debetur pro opera praestita vt in l. j. & ij. ff. de profene. sed operam ita praestitit quando dissoluant sponsa, sicut quando durant, quia non stat per eum quo minus durent sponsalia, nisi talia sponsalia illegitime essent contracta, vt d. l. fi. C. de sponsa. & profene.

386 * Oze. Non obstat glo. supra de oblig. quae ex delicto, quia non intelligit de illa rub. de obli. quae ex delicto, quod sit generalior nigro. Sed de rubr. quam allegat. C. de rebus cred. * Ben. licet non dicat. est generalis. tamen dicit aliis verbis, vt patet, quia dicit, quod est rubr. de obliga. ex delicto, tamen in nigro non dicitur nisi de obliga. ex furto. * Oze. ideo dicas alio modo. quod illa rubr. de obligation. ex delicto non est generalior, quia licet non tractetur de obligat. ex alio delicto, quam furti, in titu. de obligat. ex delicto, tamen tractatur in titu. sequentibus, sicut in oblig. ex consensu, videmus, in nigro non dicitur de obligat. omnibus ex consensu, sed substatiner illa rubr. habita relatione ad sequentes titulos: vt de emp. & vendi. de mandato, societate, & similibus. * Ben. † certe imperator fuisset nobis multum liberalis de rubr. cum pro vno nigro dixisset duas rub. quod nullibi factum sentio, nec est verum

quod in rub. de obli. ex consensu accidat id quod in obli. ex delicto, quia in tit. de oblig. ex delicto nullo modo tractatur de omnibus oblig. ex delicto. nec in genere, nec in specie, sed tantum de oblig. furti. sed in nigro de oblig. & consensu, tractatur de omnibus obli. consistentibus in consensu, vt emptione, & venditione & c. quae in illo tex. enumerantur, & posito, quod relatio haberetur ab Imperatore rubr. ponente de obliga. ex delicto ad tit. sequentes nihilominus, dicitur generalis, vt dicunt doct. de rub. ff. de rebus credi. quae postea fuit generalis, habito respectu ad titu. sequentes, nihilominus generalior iudicatur. * Oze. Non obstat glos. in auth. de incestis nupt. in ver. illicitas, quia licet velit, quod quandoque rub. sit generalior nigro, tamen ad hoc probandum allegat d. rubr. C. de religio. & sumpt. fu. quae non probat. merito glo. non tenenda. * Ben. † sed illa rubr. hoc probat merito glo. tenenda. * Oze. Non obstat glos. Rub. supra de iusti. & iu. quia non dicit, quod rub. illa sit generalior nigro, sed format vnam. q. per quam videbatur quod illa rub. videretur generalior nigro, tamen illam soluit duplici modo, bene verum est, quod glo. illa est in opin. quod sit reperire rub. generalior nigro, & allegat d. rub. de reli. & sumpt. fu. quae vt dixi, non probat. * Benin. Iac. non dicit quod rub. illa esset generalior nigro illo, sed allegat quod glo. tenentem dari rub. generaliore nigro. † praterea glo. tenet, quod illa rub. sit generalior nigro. in ij. sol. na dicit cur est, quod dixit in rub. de iusti. & iu. in nigro autem iustitiae tantum ponat diffinitio. & responder Accur. in ij. opi. quod nihil interest, quia plerumq; fit, vt plus in rub. quam in nigro ponatur, & sic ibi supponit plus esse in rub. quam in nigro, & adducit simile, in rub. C. de religio. & sumpt. fu. quae bene probat, vt supra demonstratum fuit. * Oze. non obstat glo. iuncta rub. & nigro. C. de capi. ciui. cens. eximen. quoniam sicut rub. est generalis ita nigrum, nam in rub. dicitur de cens. eximen. do a ciuibus, non exprimit, quos ciues intelligat, eodem modo loquitur generaliter tex. loquendo in plebe vrbana, non aperiendo in specie, de qua plebe intelligat. * Ben. † posset negari, quod tex. loqueretur generaliter, & indistincte, cum dicat plebs vrbana, sicut glo. ibi in vno intellectu animaduertit, & dato quod intelligatur de omni plebe, nihilominus potest dici minus generaliter loqui in nigro, quam in rub. quoniam rub. loquitur per verbum ciuium, quod est generalius verbo plebs, nam ciues in genere, continent omnes, cum plebe patritios & senatores. sed sub verbo plebis, continentur tantum ciues sine patriciis & senatoribus vt in §. plebis cita supra de iure naturali gētium, & ciui. & melius probatur in l. ij. §. eodem tempore, ff. de origi. iur. vbi modo. notant quod appellatione ciuium veniunt omnes liberi homines, imperio Romano subditi, sed plebis appellatione tantum veniunt homines sine patriciis & senatoribus. Item glos. ibi tenet d. rubr. esse generaliore nigro, & huius sententiae quam iste tenet ad illum text. fuit Iaco. de nigris, & Curt. in l. j. ff. si certum petatur. nam dicebat ipse rubr. loquitur indefinite de ciuibus eodem modo text. loquitur generaliter, quia non dicit tantum de Romana, sed intelligit generaliter de omni, adeo quod etiam orientalem comprehendat, vt ait glos. ibi tamen vt demonstraui, illa rubr. est generalior nigro,